olus. Acquiſitio uero non ſolú impii Romani
ſed etiam totius orbis: cuius auctoritatem con
ceſſit Dominus Petro Matth. xvi. Quodcúq;
ligaueris ſuper terram erit ligatum & in celis:
ſingulariter prænunciatur a Daniele ꝓpheta
Dani. xii. In diebus inquit illis: hoc eſt poſt
quattuor Monarchias Aſſiriorú: Perſarum &
Medorú: Græcorum & Romanorum: ſuſci
tabit dominus regnum celi: ꝙ in æternú non
diſſipabitur: & regnum eius alteri non tradeť.
& cóminuet uniuerſa regna hec: & ipſú ſtabit
in æternum.

¶ An euentus ſub uaria tempeſtate ſtatuum
Imperii militantis Eccleſiæ ſub ali
quo certo numero compreh é
dantur. Quæſtio Tertia.

AD Tertiam quæſtioné ſic proce-
ditur. Videtur ꝙ euentus ſub ua-
ria tempeſtate ſtatuú Imperii mi
litantis eccleſiæ ſub aliquo certo
numero comprehendanť. Primo
quidé: quoniam ſapientiæ. xi. dicitur: Omnia
in numero pondere & menſura feciſti.
¶ Præterea. Apoc. viii. dicitur. Et uidi ſeptem
Angelos ſtátes in cóſpectu Dei: & datæ ſunt
illis ſeptem tubæ: quod Beda exponens ait.
Sub ſpecie ſeptem Angelorum tuba canen-
tium ſeptem euentus eccleſiæ deſcribun-
tur. Ergo euentus Imperii militantis eccleſiæ
ſub ſeptenario numero comprehenduntur.
¶ Præterea. euentus finitos neceſſe eſt com-
prehendi ſub certo numero: ſed euentus im
perii militantis eccleſiæ ſunt finiti: tum quia
finito tempore durabunt: tum quia finitis ho
minibus euenient. Igitur euétus ſub uaria té
peſtate imperii militantis eccleſiæ ſub certo
numero comprehenduntur.
¶ In oppoſitum eſt. quod dicitur in ps. Mi
ſericordiæ eius nó eſt numerus.
¶ RESPONDEO DICENDVM: ꝙ euen
tus Imperii militantis eccleſiæ in particulari
cum ſoli Deo noti ad plenú exiſtant ab ho-
mine mortali ad certum numerú deduci nó
poſſunt: ſed in uniuerſali ad certú aliqué nu-
merum deducunť auctoritate diuinarú litte-
rarum: licet diuerſimode. Nam decurſus ec-
cleſiæ ſepté ætates habet: varioſq; euentus in
omni ætate. Poterunt itaq; euétus Imperii mi
litátis eccleſiæ ad ætates ſepté reduci. ſ. infan
tiæ: pueritiæ: aduleſcentiæ: iuuentutis: uirilita-
tis: ſenectutis & decrepitæ. De infantia eccle-
ſiæ ait. B. Hieronymꝰ. Actꝰ apoſtolorú nudá
quidé uidentur ſonare hyſtoriam: & naſcen-
tis eccleſiæ infantiam texere.
¶ Pueritia eccleſiæ fuit ab apoſtolis uſq; ad
tempus. S. Siluestri: quod tempus fuit. cccl. an
norú. In hoc tempore flagellata a tyránis di-
dicit exercitiú omnium uirtutú. Varios huius
temporis euétus proſequiť. B. Auguſtinus in
libro de ciuitate Dei: propter quod etiá dictú
librum fecit Eo ſeculi ſpacio infinita populi
multitudo ꝑ morté: Chriſto domino ſuo de
dicata eſt: & cóiuncta ac ſuú Ducem & prin
cipé eſt ſequita. In pueritia igitur mébra ſua
augens & fortificans eccleſia: ita fortis eſt ef-
fecta: ꝙ illam nec uenti: nec pluuiæ: nec que-
cunq; procellæ diuerſarú paſſionum: uel qua
rúcunq; perturbationum poſſunt obruere.
¶ Tempus adoleſcentiæ incepit a Conſtanti
no Imperatore uſq; ad tépus Damaſi Papæ
& Valentis Imperatoris. Poſtq̃. n. eccleſiæ mé
bra creuerunt fortiora effecta: princeps eccle
ſiæ militantis dominus noſter Ieſus Chriſtus
mundi dominú Cóſtantinum percuſſum le-
pra ſanauit ſupra humaná uirtuté. Qua pro
bata: ceſſit Vicario xpi. B. Silueſtro: cui iure
diuino debebatur. In qua quidem ceſſione
ita adoleuit eccleſia: ut ſpirituali regno ad-
iunctum ſit temporale: ſpirituali manente in
ſuo uigore. Quia illud per ſe q̃ri debet a xpi
fidelibus: iſtud uero ſecúdario tanq̃ ſuffragiú
primi. Aliter cótra intentioné ſit Chriſti. Tunc

adimpletum eſt:quod dictum eſt per Eſaiam ꝓphetam de Imperio Chriſti. Multiplicabiť eius imperiũ:& pacis nõ erit finis. Hoc tempore hereſes multe inſurrexerũt: & filius Conſtantini Imperatoris hereſi Arrianæ adheſit. Vnde ſub eo paſſi ſunt exilium ſolennes eccleſiæ doctores:Hilarius Pictauienſis:& Athanaſius Alexãdrin⁹. Epiſcopi:ac Euſebi⁹ Vercellenſis & multi alii eccleſiarum doctores & clerici:necnõ & caput eccleſiæ ſũmus pontifex Liberi⁹ in ueritate fidei uacillauit ex multa pſequutione Cõſtantii:ut hyſtoriæ referũt.

¶ Tempus iuuentutis durauit uſq ad tẽpus Caroli magni. In hoc tẽpore eccleſiæ robuſtiſſimæ: omnes quaſi Imperatores obedientes & reuerentes fuerunt Romanæ eccleſiæ: tanq̃ ipſa principatũ teneret:ſiue reſpectu ſpiritualis dominii ſicut ſynodus ſancta Nicena diffiniuit:ſiue temporalis.

¶ Tempus uirilitatis a Carolo Magno incipiens:durauit uſq ad tempus quo iam ſeneſcenti mũdo duo lumina noua donauit Deus.ſ.Sanctos Dominicũ & Franciſcũ. Quo tẽpore multa ſciſmata euenerũt in eccleſia. Impius Mahumet opinione creuit. Studia litterarũ apud Catholicos in ĩmenſum aucta ſunt.

¶ IN HOC ETIAM tẽpore inuariabile pſeuerauit Imperiũ Romanũ: qd prius uariauerat q̃tũ ad tria. Prĩo q̃tũ ad modũ eligẽdi.ii.q̃tũ ad modũ ſuccedendi.iii. q̃tũ ad modũ ꝓuidendi. Nã tranſlato Imperio per Conſtantinum apud Cõſtãtinopolim:q̃ prius Bizantium dicebatur:pſeuerauit in ea Imperialis ſedes uſq ad tẽpora Adriani Papæ. Qui cõgregato Romæ Cõcilio Imperiũ a græcis trãſtulit ad Germanos. Grauata.n. eccleſia a Longobardis & Conſtantinopolis Imperii auxiliũ non ferente:quia forte nõ poterat eius potẽtia diminuta:aduocauit Romanus pontifex ad ſui defenſionẽ contra predictos barbaros Regem Franchorũ. Primo quidem Pipinum Sthephanus papa:& ſucceſſor Zacharie:ꝯtra Aſtulphũ regem lõgobardorũ. Deinde Adrianus & Leo Carolum magnũ contra Deſiderium Aſtulphi filium. Ante igitur tẽpora Caroli in eligendo Imꝑatore ſeruabatur mod⁹ antiquus. Aliquando.n. aſſumebatur de eodẽ gñe:aliqñ aliunde:& aliquãdo per principes fiebat electio:aliquando per exercitum. Sed inſtituto Carolo ceſſauit electio:& p ſucceſſionẽ aſſummebatur de eodem genere:ut ſemper primogenitus eẽt Imperator. & hoc durauit uſq ad ſeptimã generationem. Qua etiã deficiẽte tẽpore Lodouici a Carolo ſeptimi:cum eccleſia uexaretur a Romanis: aduocatus eſt Otto dux Saxonũ in eccleſie ſubſidiũ. Liberataq eccleſia a uexatione lõgobardorũ & Romanorũ ac Beregarii tyranni:in Imperatorem coronatur.a. Leõe ſeptimo:genere Alemano:qui & Imperium tenuit uſq ad tertiam generationem: quorum quilibet uocatus eſt Otto: & ex tũc ut hyſtoriæ tradũt per Gregorium quintũ:genere ſimiliter Teutonicum:prouiſa eſt electio:ut uidelicet per ſeptẽ principes Alemaniæ fiat. Quæ ad iſta uſq tempora pſeuerat. Et tñ durabit quãtũ Romana eccleſia:q̃ ſuꝑmum gradũ in principatu tenet xpi:fidelibus expediẽs iudicauerit. Hic uero annus ẽ milleſim⁹ qngẽteſimus qnt⁹decim⁹:q an ad ſenectutẽ Imꝑii militãtis eccleſiæ pertineat:an ad decrepitam:ambigitur. Decrepitæ uero incerta tẽpora ſunt: & nõnũq̃ ceterarũ etatũ annos ſuperat. Quare decurſus huius etatis incertiſſimus ẽ: Tum ut dies lateat iudicii: Tum ne uicinitate ultimi diei:uiri preclariſſimi ab ĩmortalitate dignis operibus:abſtineant. Vt eſt nouas urbes condere:uolumina conſcribere:atq talia huiuſmodi:quæ ab æternitatis appetitu ſæpenumero oriuntur.

¶ HIC VERO NVMERVS ſeptenarius ſacratus eſt in ſignificatiõe euentuũ totius eccleſiæ decurſus. Nã Apocalipſis.vi.capitulo: Septem ſigilli aperiunť per Agnũ: qui ſic diſtinguunť ſecundum Bedã. Nam in primo ſigillo oſtẽditur ſtatus primitiuæ eccleſiæ. In tribus ſequentibus bellũ cõtra Eccleſiam triforme. In qnto triumphantiũ in hoc bello gloria. In Sexto perſequutio Antichriſti uentura. In ſeptimo qetis æternæ initiũ. Pariter Apoc. viii. Septẽ Angeli:ſeptẽ tubas ꝑparant ad denunciandũ ſeptiformẽ euentũ Imperii militãtis eccleſiæ. Itidẽ quintodecimo capitulo eiuſdem libri referunť ſeptem Angeli:qui exierũt de templo habentes ſeptẽ plagas nouiſſimas. Septẽ uero plagæ uniuerſam ultionẽ Dei ſignant cõminantẽ malis. Septenarius enim numerus:uniuerſitatis eſt. Adhuc eodẽ capite legitur: ꝙ unus de quattuor animalibus dedit ſeptem Angelis ſeptem phialas aureas plenas iracũdiæ Dei uiuentis in ſæcula ſæculorum. Igitur ſeptenario numero clauſi euentus ſub uaria tempeſtate ſtatuũ imperii militantis Eccleſiæ ſub certo numero cõprehendẽť in uniuerſali. At in indiuiduo ſoli Deo notos eſſe credimus. & per hec patet rñſio ad argumẽta.

¶ Titulus tertius: de īfelicitate Impe
rii militātis eccleſie futura tem
poribus Antichriſti.

POST conſiderationem
eorum: que pertinent ad
ſeptem ſtatus temporū
precedentium apparitio
nem antichriſti determi
nandum eſt: de ꝯditio-
nibus temporum ſequē
tium uſq; ad finem Im-
perii militantis eccleſiæ
incluſiue. Erunt āt duo tēpora. Primū erit tē-
pus tyrānidis antichriſti: Secundum erit poſt
interitū eiuſdē. Circa primū, quadruplex oc
currit ꝯſideratio. Nā pͥo diſputabiť de his q̄
ad pſonā ātichriſti ptinent ac eius potētiā: ma
litia atq; tyrānidē: qbus Imperiū militātis ec-
cleſiæ opprimet: Secundo de pugna Imperii
militātis eccleſiæ aduerſus diabolū ac eius ſe
quaces. Tertio de ordine predicatorū predicā
tiū aduerſus antichriſtū. Quarto de uictoria
Impeii militātis eccleſiæ: cōtra diabolū & An
tichriſtū ac eoꝝ ſequaces. Circa pſonā uero
antichriſti & cōſequentia queruntur: duo.
¶ Primo. An Antichriſtus erit homo.
¶ Secundo. An Antichriſtus ceteros homi-
nes tyrānide ſuperabit.

¶ Vtrum Antichriſtus erit homo
Queſtio Prima.

AD primā queſtionē
ſic proceditur. Vide
tur. ꝙ Antichriſtꝰ: nō
erit homo. Primo q
dem Antichriſtꝰ erit
caput omnium ma-
lorū. Nam Iob. xxi.
ſup illud: Interroga
te quemlibet de uia
toribꝰ: dicit glosa. Dū de oium maloꝝ corpo
re loquiť ſubito ad oium iniquoꝝ caput an
tichriſtū uerba ꝯuertit. ſed eē caput oium ma
lorū: attribuiť diabolo: Dicit. n. ſup illud Iob.
xviii. Memoria illiꝰ peat de terra. glo. De uno
quoq; iniquo diciť: ut ad caput ideſt diabolū
ꝯuertať. ergo Antixp̄us nō erit hō ſed diabolꝰ.
¶ Preterea. Nullus homo antequā ſit: aliquid
operari poteſt. ſed Antichriſtus iam aliquid
operatur. ſecūdum illud ſecunde ad Theſalo.
ſecundo: Miſteriū iam operať iniquitatis. ergo
Antichriſtus nō eſt futurus hō: ſed potius eſt.
¶ Preterea. Antichriſtꝰ miracula faciet & ſi-
gna magna dabit & portenta. ut diciť Matth.
xxiii. Surgēt. n. pſeudo xp̄i & pſeudo ꝓphete:
& dabūt ſigna magna & ꝓdigia: ita ut in er-
rorē inducant etiā ſi fieri poteſt electi: ſed iſta
nō ꝯueniunt hoi, iuxta illud p̄ſi. Qui facit mi
rabilia magna ſolꝰ. Igiť Antichriſtꝰ nō erit hō.
¶ In oppoſitū ē: qd exponēs illud Apoc. xiii.
Qui hēt intellectū cōputet numerū beſtie: de
Antixp̄o loquēs Beda dicit. Numerꝰ hois eſt
ne eū putemus iuxta quorūdā opinionē uel
diabolū eē uel deū: ſed unum de hoibus: in
quo totus Sathan habitaturus ē corporaliter.
¶ Reſpondeo dicendū: in hac q̄ſtione ſunt
explanāda duo. Primū eſt unde neceſſitas ac-
cipiať credēdi explicite futurum Antichriſtū.
Secundū eſt reſponſio ad queſtionē.
¶ CIRCA PRIMVM. Sciendū: ꝙ quadru
plici auctoritate cogimur explicite credere fu
turū quē piā oi malignitate repletū: q amplio
ra ceteris oibus flagitioſis faciet: in opprobriū
xp̄i & Impii militātis eccl'æ. Pͥa ē ꝓphetica:
ſ'a euāgelica, tertia Apoſtolica. Quarta cano
nica. Danielis. n. vii. cap'o legiť reuelatio facta
de q̄ttuor monarchiis uidelicet Aſſirioꝝ: q̄ īce
pit ſcd'm nōnullos a Nino Rege: pſaꝝ & Me
doꝝ: q̄ īcepit a Dario: Grecorū: q̄ ſub Alexā
dro Macedōe potiſſime floruit: ac Romāoꝝ:
q̄ ſub Iulio ortū hūs: pfectiſſima fuit ſub Au-
guſto. hac declināte & circa finē mūdi i decē
ptes diuiſa: uidit Daniel oriri cornu puū: quo
dabať ītelligi antichriſtus ſecūdū expoſitores:
qd (ut idē Daniel inqt) faciebat bellū aduer-
ſus ſāctos & p̄ualebat donec uenit ātiquꝰ die
rū. Hec affirmat. B. Augūs lib. xxiii. de. Ci. Dei.
¶ Secunda auctoritas eſt euangelica. Nā: ut
habeť Matth. xxiiii: querētibꝰ apoſtolis de die
iudicii: reſpondit aduentū ſuū ſcriptū eſſe in
Daniele & ꝙ ante iudiciū ueniet antichriſtꝰ.
¶ Tertia auctoritas eſt apoſtolica. Nā Apo
ſtolꝰ. ii. ad Theſalonicenſes ſecundo dicit ꝙ
anteq̄ ueniat dies iudicii: Primū ueniet filius
perditionis: q aduerſatur & extolliť ſup om
ne qd dicitur Deus. ita ut in tēplo Dei ſedeat
oſtendens ſe tāq̄ ſit Deus. gloſa exponit de
Antichriſto. Subinfert deinde apoſtolꝰ: ꝙ tūc
ueniet diſceſſio. glo. gētes diſcedent a Roma
no impio & a ſpirituali obedientia Romane
eccleſie. Hiis: cōueniūt ea q̄ ab Apoſtolo Io
anne. apoc. xiii. dicūtur de beſtia de mari aſ-
cēdente & habēte cornua decē p quā ut in-
feriꝰ: latiꝰ exponetur Antichriſtus ſignificať.

Quarta auctoritas eſt cãonica. Nã Glo. illud pſi noni. Cõſtitue dñe legis latorẽ ſuper illos: expõit illud de antichriſto. B. quoq; Gregori⁹. xxxii. moraliũ expõens illud Iob. Stringit Bcemoth caudã quaſi cedrũ: aſſerit. Antichriſtũ futurũ ante diẽ iudicii multa de illo ꝓſequẽs. Item in capitulo. peruenit de conſe. di. iii. futur⁹ Antichriſt⁹ aſſerit. Taceo reliquos doctores: quoniã exploratã habẽt ſniam qꝫ fideles de uenturo Antichriſto.

CIRCA SECVNDVM: neceſſe ẽ dicere Antichriſtũ purũ hominẽ futurum. Nõ enim Deus erit: aut eius hũanitas a Deo aſſumetur ut eſt in homine chriſto: cũ Dei maximus aduerſarius exiſtet. Non etiã humanitas eius aſſumetur. a. diabolo ĩ unitatẽ pſonę: ſicut humanitas chriſti a filio Dei: qa illa aſſumptio. infinitã uirtutem exigit in aſſumẽte. Diabol⁹ uero finite eſt uirtutis. Erit igitur pur⁹ homo in quem diabolus ſuã malitiã eminẽtius influet. ſuggerendo q̃ omnibus aliis. Orietur itaqꝫ Antichriſt⁹ in Babilone: ignobilis de tribu Dan: & teſte Damaſceno libro. iiii. ex fornicatione cõcipietur. Quo cõcepto & animato: ut dicit Magiſter in hyſtoria Scholaſtica: deſcendet diabolus in uterũ matris ad implendum eũ omni malitia: ut uaſe ſuo. & quãuis Angelum bonũ habebit ſicut & ceteri homines ad cuſtodiã: ut dicit. B. Thomas in prima parte. q. cxiii. tamẽ rationis cõpos: cũ incipiet malicia uti: nullũ effectum cuſtodię in eũ exercebit. eo obſtinato. Hic Antichriſtus. ut dicit Methodius Martir: qui multa ꝓdixit de futuris nouiſſimis apparebit Corozaim: que eſt ciuitas uicina uideę: nutrietur in Nazareth: regnare incipiet in Capharnaũ: Demum ueniet in Ieruſalẽ: & ibi faciet ſe circuncidi: ut oſtẽdat ſe conformẽ patribus iudeoꝝ & dicet ſe meſſiam in lege eis promiſſum. & iudei in eũ credent & ut Meſſiã ſuſcipiẽt & uenarabunt. Et hoc eſt qđ xp̃s dixit: Ioãnis qnto. Ego ueni ĩ noĩe patris mei & nõ me recipiſtis. Alius ueniet in noĩe ſuo (ſcilicet Antichriſtus) q̃rens gloriam propriã & illum accipietis (ſcilicet uerum chriſtum.)

VERVM CVM ſingulis hominibus nomina conſueuerint propria imponi: uidendũ eſt de proprio noĩe illius maledicti hominis. In cuius iueſtigatione: ſapientia ac intellectu opus eſt. De quo dicit Apoc. xiii. Qui habet intellectum: computet numerũ beſtię. Numerus enim hominis eſt & numerus eius ſexcenti ſexaginta ſex. Ad hoc uero intelligendum: notandum. ꝙ liber Apocalipſis in greco ſcriptus fuit. Vnde ſecundum morẽ grecoꝝ: numerus iſte huius noĩs accipiẽdus eſt. Greci autẽ litteris exprimunt numeros: ſecundũ ꝙ in alphabeto ponunt. Verbi gr̃a. α. Alpha qđ ẽ pmũ elemẽtum ſignat unũ β. duo. & cetera uſqꝫ ad. I. iota: quod decimo loco ponit & ſignificat decẽ ſequens uero. ſ. K. ſignat. xx. ſequens. xxx. & ſic ſemp procedendo uſqꝫ ad centũ. Vnde. i. centũ ſignat: ſequens uero ducenta ſignat ſic ꝓcedendo uſqꝫ ad mille. hoc uiſo: de facili inuenit nomen beſtię & numerus hominis ſecuudum Bedã hoc nomẽ eſt Teytan: qđ interpretatur gigas. hoc. n. nomẽ quaſi oẽs potentia antecellat: uſurpabit Antichriſtus: iactans ſe illũ de quo dicit pſo. xviii. Exultauit: ut gigas. Numerus autẽ huius nominis eſt Dclxvi. Quod patet ſic. T. ſignat. ccc. e. qnqꝫ. y. x. t. ccc. a. unum. n. qnquaginta. Quę ſimul ꝯgregata faciunt Dclxvi. Interpretatur etiã ſol: qa ille affirmabit ſe eſſe ſolẽ iuſtitię & uerã lucẽ: q̃ illuminat oẽm hoiem uenientẽ in hunc mundũ. Itẽ latinis uerbis: nomen: habens iſtum numerum eſt. Dic lux. Quod bene cõpetit ei: q cuilibet dicet. Dic lux (ideſt dic me eſſe lucẽ) Et in hoc quod eſt dic lux: numerũ ꝓdictũ reperimus. D enim apud nos quingentos ſignat. i unũ. c. centũ. l. qnquaginta y. qnqꝫ. x. decem. q̃ ſimul ſumpta Dclxvi. perficiunt. Item aliud nomẽ ponit Beda: cõplens eundẽ numerum. Quod eſt Antemos. & interꝑtatur honor cõtrarius. Qđ quidẽ conuenit Antichriſto: qui honori: qui ſoli chriſto debetur: erit ꝯtrari⁹. A. ſignat unũ. n. quinquaginta. t. ccc. e. quinqꝫ. m. quadraginta. o. lxx. S. ducenta. q̃ ſimul ſumpta reddunt eundẽ numerũ. hoc idem reꝑitur in alio nomine: quod eſt Arnxme. Quod interꝑtatur: nego: Quod bene cõuenit Antichriſto: qui negabit chriſtũ eſſe Deum uerũ. & cõplet numerũ ꝓdictum. A unũ ſignat. R. centum. V. qnquaginta. x. cccc. M. quadraginta. E. quiqꝫ. ex predictis patet quod ſit nomẽ beſtię: & qs ſit numerus nominis eius. Hec magnus Doctor Albertus ſuper Apõc. xiiii. capitulo.

Ad primum ergo dicendũ eſt: ꝙ in capite naturali tria reperiunt. ſ. ordo: ꝑfectio & uirt⁹ influẽdi. Chriſtus quidẽ caput eſt eccleſię ſecundum ſimilitudinẽ interius & exterius gubernando: Diabol⁹: uero caput eſt maloꝝ exterius gubernando. Dirigit. n. malos quos gubernat ad hũc finẽ: ut: a Deo auertant. De diabolo dicit Iob. quadrageſimo. Ipſe ẽ rex ſup

uniuerſos filios ſupbiæ. Antichriſt⁹ aūt caput eſt omniū malorū ſecundū pfectionem. Vnde ſup ſecūdæ ad Theſſaloni.ii. oſtdens ſe tā q̄ ſit Deus: dicit gloſa. Sicut i Chriſto oīs plenitudo Deitatis inhabitauit ita in Antichriſto omnis maliciæ plenitudo.

❡ Ad ſecundum dicendum: ꝙ qa diabolus ſuam maliciā eminentius Antichriſto influet ſuggerendo q̄ omnibus aliis: ſecundum hoc omnes alii mali q ꝓceſſerunt ſunt quaſi q̄dā figura Antichriſti. Operat̃ ergo iam myſteriū iniqtatis Antichriſtus: dum mali q illum figurant: opera exercent iniqua.

❡ Ad tertium dicēdū eſt: ꝙ ſolus Deus facit mirabilia: q̄ oēm uim ſecundaꝝ cauſarum excedunt. Diabolus uero ac miniſtri eius: & ſingulariter Antichriſtus facient nōnūq̄ ac ſingulariſſime in nouiſſimis diebus: q̄ tamen nō excedent uirtutem cauſarum ſecundarū. Erunt tamen mirabilia hoībus ignorantibus tales ſecūdas cauſas. Ideo uocat Saluator ea non mirabilia proprie: ſed ſigna mirabilium. Habebunt.n. ymaginem eoꝝ mirabiliū quæ ſolus Deus facere poteſt. Apellat eriā ea portenta: ideſt monſtra: q̄ generantur ꝓter cōem ordinem cōmuniter generatorum: & habent cauſas naturales ea producentes.

❡ Vtrum Antichriſtus cæteros homines tyrānide ſuperabit. Quæſtio Secūda.

AD ſecundā quæſtionē ſic ꝓcedītur: Videtur ꝙ Antichriſtus cæteros homines tyrānide nō ſuperabit. Primo qdem Danielis.vii. legitur: ꝙ inter cornua decē uidit Daniel oriri cornu paruulū: pp quod ſignificat̃ Antichriſtus: ac potētia eius: ut cōmuniter exponūt Doctores. Igitur uidet̃ ꝙ tyrānide ſiue potētia priores principes nō ſupabit Antixp̄s.

❡ Præterea. Apoc.xiii. capitulo dicit̃ de pontentia Antichriſti: & uidi beſtiā aſcēdentē de terra: & habebat cornua duo ſimilia agni. Sed potētia agni Ghriſti fuit in oſtenſione humilitatis: quam ſemp docuit. Matth.xi. Diſcite a me qa mitis ſum & humilis corde. Qui ēt nō uenit miniſtrari ſed miniſtrare. Igit̃. Antixp̄s (ut uidet̃) cæteros hoīes tyrānide nō ſuperabit: ſed ſe humilē ac manſuetū oſtendet.

❡ Præterea. Tyrānides in diuinis litteris ſunt ſignatæ per animātia crudelia: ſicut patet Danielis.vii. Sed de tyrānide Antichriſti dicitur Apoc.xiii. Et beſtia quā uidi ſiſis erat pardo: & pedes eius ſicut pedes urſi: & os eius ſicut leonis. Non uident̃ āt prædicta eſſe crudeliſſima aīalia q̄ aliquando domeſtica fiunt. Igit̃ Antixp̄s tyrānide cæteros hoīes nō ſuperabit.

❡ In oppoſitū eſt qd Apoc.xiii. dicit̃ de Antichriſto: Quis ſimilis beſtiæ: & quis poterit pugnare cum ea? Quod exponens Aymo dicit: Verū dicunt qui hanc beſtiā adorant: qa neq̧ in ſeculari potentia: neq̧ in miraculoꝝ fraude in retroactis tēporibus ſimilis ei apparuit.

❡ Reſpondeo: dicendū ꝙ poteſtas ſiue principatus Antichriſti oīum principum qui aliquando fuere ſupabit potentiam. Abutetur quoq̧ ea Antiocho ac Nerone crudelior effectus: Erit q̧ talis tribulatio qualis non fuit ab initio: ita ut ſi fieri poſſit: etiam electi moueantur. ut dicitur Matth.xxiiii. Præcedet Cæſarū ac Regum oīum qui ante illum extitere: poteſtatem ac dominatū. Primo quidē in principatus amplitudine: Nam ſuper oīa mundi regna cito acqret dn̄iū: ut habet̃ Apoc.xiii. Et data eſt illi poteſtas in oēm tribum & populum: & linguam: & gentē. Vbi Aymo inqt: In lingua & gente oēs gentium nationes intelligimus. De hac quoq̧ poteſtate hētur Danielis.vii. ꝙ oriēte cornu paruulo.ſ. Antixp̄o: ut cōmuniter exponitur: tria cornua de decē cornibus quartæ beſtiæ ſignificantis imperiū Romanoꝝ: auulſa ſunt: quoniā Antichriſtus tres reges (ſcilicet Aphricæ: Aegypti & Aethiopiæ) interficiet. Alii ſeptem in quos tunc Romanū imperiū erit diuiſum: ei colla ſubmittent ut uictori. Secundo in theſaurorū multitudine: Nam: ut dicitur Danielis.xi. diuidet terram gratuito: & theſauri copioſi ſibi manifeſtabut̃. Reuelabit.n. ſibi diabolus theſauros occultos: ut ēt dicit Albertus Magnus ſuper.xiii. cap. Apoc. Itidem Danielis octauo habetur: ꝙ i copia rerū oīum occidet plurimos. Dicit autem. S. Vincentius ordinis noſtri: ꝙ ꝑdicatores Antichriſti auariciam ꝑdicatorib⁹ Chriſti obiicientes aurum & argentum multū gratis dabunt multis. Tertio in ſciæ celſitudine: propter quod dicit de eo Daniel: Oculi eius quaſi hominis: ideſt ſubtilis & alta eius intelligentia in diuinaꝝ ſcripturarū noticia: ac omnium ſpeculabiliū profunda cognitione: potiſſime ſecretoꝝ naturæ: qbus magicā artem ſuper oēs mundi hoīes exercebit in ſignis & portentis: ita ut eriā ignem deſcendere faciat de cælo in terrā in conſpectu hoīum: ut habetur Apoc.xiii. Dicunt nōnulli: ut magnus Doctor ibidem: ꝙ ꝑdicatores Antichriſti atq̧ ipſi

mis ipſe Antichriſtus:dabunt ſpiritũ malignũ
in ſpecie ignis arte magica:ſicut Apoſtoli cũ
receperunt ſpiritũſanctũ in linguis igneis. Mi
randa q̃ fient tẽporibus Antichriſti uocat Sal
uator ſigna & portenta: Math.xxiiii. Et licet
mirabilia multa operabit̃ arte magica: nulla
tamen uera miracula faciet: qa hoc ſolius eſt
Dei. Quarto erit potentia Antichriſti magna
in nouæ legis inſtitutiõe. Ideo Daniel de An
tichriſto loquẽs ait: Et putabat: ꝙ poſſit muta
re tẽpora & leges & iudiciũ. Gloſa ſup illud
pſal.nono. Conſtitue dñe legiſlatorẽ ſup eos:
ut ſciant gẽtes quoniã hoĩes ſunt: exponit de
Antichriſto: Qui dicẽs ſe eſſe Meſſiam pro-
miſſum iudeis in lege Moſaica iactabit ad ſe
ſpectare cõdere nouã legem. & legem qdem
Moſaicã nõ reprobabit: exponens de ſe mul
ta ibidem pnunciata. Moralia legis male inter
prætabit̃: ut de uſuris: libello repudii: pſequu
tione inimicoꝝ: & huiuſmodi. q̃ oĩa cõcedet:
legales cerimonias ut datas a Deo: dicet ob-
ſeruãdas & ut dicit̃. de ꝯſe. d i. iii. peruẽit: Ipſe
faciet celebrari a ſuis diẽ ſabbati ut placeat iu
deis: cũ hoc ſit in lege eorũ: & diẽ dñicã in ue
neratiõnẽ ſuæ nõ Chriſti reſurrectiõis. Dicet
n. ſe moriturũ: & tertia die reſurrecturũ. Vnde
ibidẽ dicit̃: ꝙ feſtiuitates ſabbatũ & dñicã ſunt
pdicatores Antixp̃i: q utrunq; faciet celebrari.

¶ Quinto in diuinitatis uſurpatione: Nam
Antichriſt⁹ reædificatis Hieruſalem ac tẽplo:
ut ait Apſ. ii. ad Theſſalo. ii. In tẽplo Dei ſe
debit tãq̃ ſit Deus: faciens ſe pro Deo uero ac
Meſſia iudeorũ adorari. Et hoc erit ſignum
maximæ ruinæ Hieruſalem ſpũalis: ideſt ec-
cl̃iæ: q̃ tamen nũq̃ ex toto deficiet. Chriſtum
aſſeuerabit fuiſſe deceptorem. Ea q̃ habentur
in lege Moyſi de Meſſia: ut eſt illud Deutero.
xviii. Prophetã ſuſcitabit De⁹ de fratrib⁹ tuis:
ipſum tanq̃ me audietis: dicet de ſe pnuncia
ta. Quapp locus reſidentiæ eius erit in Hie-
ruſalem: a qua nuncios ſibi ſimiles per totum
terrarum orbem mittet. Cui iudei propriam
patriã hieroſolimoꝝ ĩhabitaturi adhærebũt.
De adoratione uero ſiue cultu Antichriſti ha
betur Apoc. xiii. Et faciet ut quicũq; non ado
rauerit ymaginẽ beſtiæ occidat̃. Et faciet oẽs
puſillos & magnos: & diuites & pauperes: &
liberos & ſeruos habere characterẽ in dextera
manu: aut in frontibus ſuis. Vbi Albertus Ma
gnus dicit: ꝙ ponet aliquod ſignum in dexte
ra manu ad litterã: aut in frontibus ſuis: ideſt
in capitibus: per quod cognoſcantur eſſe de
familia Antichriſti: ſicut iudei portãt aliquod
ſignũ p qd cognoſcant̃. Oẽs uero diſtribuit
pro ſingulis gñribus: nõ p ſingulis generũ.

¶ Tyrãnidẽ uero ſeuiciamq; Antichriſti de-
ſcribit. S. Gregorius libro. xxxii. Moralium di
cens. Videndum ualde eſt cum Beemoth iſte
caudã ſuam ut cedrũ ſubleuat: in quo tunc
atrocior q̃ nũc ſe erexerit ſurgat. Quæ enim
pœnarum genera nouimus: q̃ non iam uires
martyrũ exercuiſſe gaudem⁹: & poſt nõnulla
ſubinfert. Cum ergo Beemoth iſte caudam
ſuam: in fine mundi amplius dilatat quid in
illis tormentis tunc atrocius exurgit: niſi illud
qd in euangelio dñs dicit: Surgent pſeudo
prophetæ & dabunt ſigna magna & pdigia:
ita ut in errorem mittantur ſi fieri poteſt: etiã
electi. Nunc. n. fideles noſtri mira agunt cum
peruerſa patiuntur: Tunc autem Beemoth hu
ius ſatellites ſcilicet Antichriſti: etiam cũ pra
ua ingerunt mira acturi ſunt. Penſemus igit̃
q̃ erit illa humanæ mentis tẽtatio: quãdo pius
martyr & corpus tormẽtis ingerit: & tamẽ an-
te oculos eius mira tortor facit. Cui⁹ tunc uir
tus nõ ab ipſo cogitationũ fundo quatit̃: quã
do is q flagris cruciat ſignis corruſcat. Sic er-
go Beemoth ſtringit caudã ſuã quaſi cedrũ:
quia nimirum & altus tunc erit ueneratione
pdigii: & durus crudelitate tormẽti. Hæc Gre-
gorius. Permittet uero deus tãta euenire ma-
la ad dãnationem reproborũ: laudem uero ac
meritũ bonorum. Et ut Eccleſiæ militantis im
perium: quod iam ad triũphantis brauium ui
cinum erit: pleno exercitio uirtutum fulgeat.
Quod etiam miris tunc donabit muneribus:
pſertim interioribus: ut ualidius pugnare q̃at.
Non enim poterit diabolus eccl̃iæ militantis
imperium aliquãdo extinguere: quin debile
effectum ualidius conſurgat: ceu in ſequen-
tibus explanare ſatagemus.

¶ Ad primum ergo dicendum eſt: ꝙ Anti-
chriſti potentia per cornu paruulum ſignifi-
catur: pp ſuam ignobilitatem. Naſcetur. n. de
tribu Dan ignobili: Cum Dan natus ſit de An
cilla: & (ut legitur in libro conformitatum. B.
Franciſci) ab Ordine profeſſore humilitatis
initium accipiet: ueluti fuiſſe reuelatum ſan-
cto Franciſco ibidem legitur.

¶ Ad ſecundum dicendum: ꝙ per illam be
ſtiam ſignat̃ corpus Antichriſti. Inde Aymo.
Prior beſtia Antichriſtus eſt: ſeq̃ns uero cor-
pus eius: maxime qui eam pdicaturi ſunt.
Duo uero cornua ſunt uita & ſcientia. Sed
quia non habebit illa ſecundũ ueritatem ſed
per ſimulationem: ideo non dicit ſimpliciter:

ſed ſimilia agni. Vel duo cornua ſunt doctrina & poteſtas faciendi miracula per ſimulationem: non ſecundum ueritatem. Vel duo cornua ſunt duo teſtamenta quibus defenditur eccl'ia: quæ habebit per ſcientiæ cognitionem: non per uitæ ſanctitatem: per uſurpationem: non ſecundum ueritatem. Vnde ſequitur ſimilia agni. Vel duo cornua ſimilia agni ſunt dilectio Dei & proximi ſimulata: q̃ erit in eis. Vnde Gloſa. Si quid boni in eis uidebitur ſimulatio erit. Hæc Magnus Doctor Albertus exponens p̄adducta uerba.

¶ Ad tertium dicendū eſt ut inquit Aymo: Pardus eſt beſtia ſæuiſſima atq; impatientiſſima: & uarietate cutis diſcolor: & ſignificat hypocriſim: q̄ erit in Antichriſto & mēbris eius: ut etiā habet̄ Danielis. vii. Poſt hoc aſpiciebā: & ecce alia beſtia quaſi Pardus: & pedes eius ſicut urſi. Pedes Antichriſti ſunt eius p̄dicatores p mundū ipſum ferētes. Et dicunt̄ ſicut pedes urſi: q̄a urſus eſt animal imundū conculcans pedibus & deuorans: amans mel & dulcia. Et illi erunt imundi per luxuriā: conculcabunt eos; q̄ noluerint acqeſcere. Dulcia amāt: ideſt tēporalia: & delectationes carnales. Dicitur. n. Danielis. xi. & erit in cōcupiſcētiis fœminarū. per leonē uero q̄ eſt animal ſuperbum: intelligit̄ ſuperbia Antichriſti. Os eius eſt eius loquutio p̄cedēs ex ſuperbia. Sæuicia quoq; Antichriſti: ut dicit Magiſter in hyſtoria ſcholaſtica: ſignata fuit per Antiochū crudeliſſimum: qui martyrizari fecit matrē cum filiis ſuis ſeptē: & multos alios propter obſeruantiam legis. Hinc nōnulli dixere Neronē Antichriſtum fuiſſe propter crudelitatē: ut dicit. B. Auguſtinus libro. xx. de Ciuitate Dei.

¶ Titulus quartus de Pugna Imperii militantis Eccleſiæ aduerſus diabolum ac eius ſequaces tempore Antichriſti.



DEINDE conſiderandum eſt de pugna Imperii militantis Eccleſiæ aduerſus diabolum ac eius ſequaces tēpore Antichriſti erit: uero huius tituli unica quæſtio.

¶ Vtrum Imperium militantis Eccleſiæ præliabitur aduerſus diabolum ac eius ſequaces tempore Antichriſti: Quæſtio Vnica.

AD hanc quæſtionē ſic proceditur: Videtur q̄ Imperium militantis eccleſiæ tempore Antichriſti nō præliabitur aduerſus diabolū ac ſequaces eius. Primo qdem. Eccleſia tunc fugiet in deſertum. Igitur nō p̄liabitur. Antecedens probat̄ per id quod dicit̄ Apoc. xii. de eccl'ia ſub figura mulieris per quā eccleſia ſignat̄: Et datæ ſunt inquit mulieri alæ duæ aquilæ magnæ: ut uolaret in deſertū in locum ſuū: ubi alatur per tēpus & tempora: & dimidium temporis. ideſt toto tēpore p̄dicationis Antichriſti: q̄d erit tribus ānis & dimidio. Sic. n. cōſuetudo iudeis ē cōputare p tēpus ānū: p tēpora duos ānos: & p dimidiū tp̄is dimidiū ānū.

¶ Præterea De Antichriſto dicit̄ Apoc. xiii. Quis ſimilis beſtiæ: & q̄s poterit pugnare cū ea? quaſi dicat nullus. Igitur nec Imperiū militantis eccleſiæ p̄liabitur aduerſus Antixp̄m.

¶ In oppoſitum eſt quod habet̄ Apoc. xii. Et factum eſt p̄lium magnū in cælo: Michael & Angeli eius p̄liabantur cum Dracone. Itē Danielis. xii. habetur de Michaele pugnante pro Eccleſia tempore Antichriſti.

¶ Reſpondeo: dicendum q̄ temporis Antichriſti maxima futura pugna in uariis locis diuinæ ſcripturæ deſcribitur. Et prio. Apoc. nono ubi dicitur: Et ſextus Angelus tuba cecinit: & cetera uſq; ad finem capituli. Quibus uerbis prio declaratur Vnde poteſtas militū Antichriſti tanta: q̄ erit ex hoc: q̄ diuina permiſſiōe ſoluēt̄ q̄ttuor Angeli mali ſiue Demōes: q̄ alligati ſūt i flumīe magno Euphrate: & hi malitia & diligenti aſtutia parati potētes p̄ncipes ſuſcitabūt: ꝯgregabūt exercitū eq̄ſtrē. Erit uero nūer⁹ eq̄ſtris exercit⁹ uicies milies dena milia: ut uicies milies numerū militum eq̄ſtriū ſignet diaboli: Dena milia Impii militātis Eccl'iæ. hinc inq̄t Aymo: Numerus ponit̄ reproborū: & ſimiliter ſanctoꝝ. Sunt quoq; q̄ totum p̄fatū numerū ad exercitū Diaboli explanandū applicēt: q̄ nulla ibidē fiat mentio de ſanctis. Numerus hic eſt ſignans: & nō numerans: ut quales ſint futuri illi deſignet̄: q̄d nō fieret p numerū numerantē. Ponit̄ itaq; finitū pro infinito: aut grādi nimis numero dicit̄ uigies milies: ideſt uiginti milia: q̄a p̄dicatores diaboli erunt tráſgreſſores decalogi. Mile dicunt̄ q̄a p̄ſeuerabūt in trāſgreſſione tal

Cum aũt ſint noué ordines Angelorũ ad deci
mũ q̃ cecidit dena milia referunt. Arma pſa-
ti exercitus erũt loricæ igneæ & ſulphureæ:&
hiacintinæ. Quibus feruor iræ in ſæculi prin
cipibus: ſimulatio ſanctitatis in pdicatoribus:
tetor doctrinæ in peruerſis Doctorib⁹ & platis
ſignatur: in qbus regnabit ſupbia: cupiditas
terrenorũ: ac luxuriæ fetens ſulphur: ut ibidẽ i
textu ſubiungit. Modus uero pliadi deſcribit
a.B.Io. in hæc uerba: Ptás equorũ in ore eorũ
eſt: & i caudis eorũ. Nã caudæ eorũ ſimiles ſer
pentibus habẽtes capita: & in his nocẽt. os ap-
tá malorũ pdicationẽ ſignat: cauda occultã: ſi
ue os rationũ uim repſentat: cauda largitionẽ
bonorũ tẽporaliũ: q̃ in fine uẽnenũ infundũt.

¶ CONTRA EXERCITVM diaboli ſic
ordinatum erit exercitus ſanctorũ nõ publice
ſed occulte pugnans: muneribus cæleſtibus
ſingulariter a Deo tũc acceptis: Quæ magnis
uerborũ ſacramentis a.B.Io. capitulo.x. ime
diate ſubinferuntur.

¶ Primũ erit accenſio amoris Chriſti fideliũ
erga humanitatẽ ac diuinitatẽ Chriſti: ſicut i
primitiua extitit eccleſia.

¶ Secundum erit: quoniam reperientur uiri
contẽplatiui terrena omnino deſerẽtes.

¶ Tertiũ ꝙ pdicatores quãuis occulte pdica
bunt: at uerũ & puriſſimũ uerbũ Dei Chriſti fi
delibus ãnunciabunt.

¶ Quartũ erit: qm̃ Eccl'a illuminabit uero
intellectu diuinarũ litterarũ: Quæ illuminatio
ſemp fuit ſcutũ inexpugnabile Imperii mili
tantis Eccl'iæ. Si textus padductus attẽte ꝯſi-
deretur: iſta ſignificare uidebitur.

¶ SECVNDO PVGNA Diaboli futura tẽ
pore Antichriſti ꝯtra imperiũ militãtis eccl'iæ
habet Apoc.xii. Et uiſum eſt ait aliud ſignũ i
cælo: Et ecce draco magnus ruffus: habẽs ca
pita ſeptẽ & cornua decẽ: & in capitib⁹ ſuis
ſeptẽ diademata: & cauda eius trahebat tertiã
partẽ ſtellarũ cæli. Quibus uerbis Aſtucia dia-
boli declarat in futura pugna cũ dicit draco:
potentia in uerbo magnus: ſæuicia uero cum
ruffus aſtruit hic habiturus eſt ſeptem capita:
ideſt ſeptẽ malos ſpiritus: ꝯtra ſeptẽ dona ſpi
ritusſancti. Decẽ cornua ſunt decẽ reges: ut ha
bet Dan.vii. ſeptẽ diademata ſunt ſeptẽ uicto
riæ quas obtinebit de ſuccũbentib⁹ in bello.
Cauda erit falſa pdicatio ſuorũ ſequaciũ: uel
deceptio ſimulata: uel hypocriſis. Tertia pars
ſtellarũ eſt tertia pars Angelorũ q̃ cũ Lucifero
ceciderunt. Nã ut inqt Albertus Magnus i ex
poſitione huius textus: Prima pars Angelorũ
ſunt aſſiſtentes: ſecũda pars boni miniſtrãtes:
Tertia pars eorũ q̃ nec aſſiſtere nec miniſtrare
uoluerũt: ſed Lucifero ꝯſenſerũt. Hi oẽs ſuffra
gabunt Antixp̃o ac ſeq̃cib⁹ ei⁹ q̃tũ ualebũt.

¶ ECONTRA STABIT imperiũ militãtis
Eccl'iæ: ſicut dicit in prædicto cap̃lo. Mulier:
ideſt eccl'ia: amicta ſole: ſcilicet Chriſto: & lu-
na: ideſt affectio huius mũdi: quẽ tunc pſeue
rantes in eccl'ia pfecte ꝯtẽnent: ideo dicit ſub
pedibus eius: & in capite eius corona ſtellarũ
duodecim: ideſt in Chriſto capite duodecim
fructuũ ornatus & habitus: q tunc uberti ſtilla
bunt i corda fideliũ a Chriſto. Habebit quoq̃
ea tẽpeſtate principẽ Eccl'iæ glorioſiſſimũ Sã
ctũ Michaelẽ cũ exercitu potẽtiſſimo Beatorũ
Angelorũ: q pugnabunt pro imperio militãtis
Eccl'iæ: ut in cap̃lo.xii iã adducto habet: pari
ter & a Daniele ꝓpheta. Verũ cũ pdictis ſatis
poſſit pugnæ ordo pcipi: igenuo lectori diui
narũ litterarũ altiores ſenſus uariaſq̃ ſanctorũ
Doctorũ iterpretationes iueſtigãdas relinqmus.

¶ Ad primũ ergo dicendũ eſt: ꝙ p illã ſolitu
dinẽ intelligere poſſum⁹ humiliationẽ exte-
riorẽ Eccl'iæ: Nã tunc ſancti fere oẽs latebunt
interiori bello pugnantes cõtra diabolũ.

¶ Ad ſecundũ dicendũ: illa eſſe uerba ſequa
ciũ Antichriſti: q: ut dicit Aymo: uerũ dicũt q̃
tum ad hoc: qa neq̃ potẽtia: neq̃ miraculorũ
fraude i retroactis tpibus ſimilis ei apparuit.
ſimiliter de pugna ſeculari dicit uere: ꝙ null⁹
rex tpalis poterit pugnare cũ eo. Falſum ue-
ro dicunt ſi de pugna ſpirituali itelligat q̃ tũc
pugnabit impiũ militãtis Eccl'iæ cũ Antixp̃o.

## ¶ Titulus qntus de Ordine pdicatorũ prædicantium aduerſus Antichriſtum.

DEinde conſiderandum eſt de ordi-
ne prædicatorum prædicãtium ad-
uerſus Antichriſtum: erit uero huius
tituli unica quæſtio.

### ¶ Vtrum tẽpore Antichriſti ſint futuri prædicatores aduerſus Antichriſtum prædicantes Quæſtio Vnica.

AD hanc q̃ſtionẽ ſic pcedit: Videt
ꝙ tẽpore Antichriſti nõ ſint futu
ri pdicatores aduerſus Antichri-
ſtũ pdicantes: Primo qdẽ Chriſti
fideles tunc latebũt ut dictũ eſt in
ſuperioribus. Igitur tũc pdicatores ceſſabunt.

¶ Præterea Dani.ix. dicit ꝙ tunc deficiet ho

ſtiã & ſacrificiũ:& Hier.vii.periit fides:& abla ta ẽ de ore eoꝝ.Igiť tũc ẽt ꝑdicatores dficiẽt.

¶Præterea Apoc.xiii.dicit̃ de Antichriſto: Et data eſt illi poteſtas i oẽm tribũ & populũ: & linguã:& gentẽ.& adorauerũt eũ oẽs q inha bitant terram.Igiť:uideť ꝙ tpe Antichriſti nõ ſint futuri ꝑdicatores contra eum.

¶In oppoſitũ eſt qđ habeť Apoc.nono. Et Sextus Angelus tuba cecinit: & audiui uocẽ unã ex quattuor cornibus altaris aurei qđ eſt ante oculos Dei:dicẽtẽ ſexto Angelo q ha- bebat tubã.Vbi Beda dicit ꝙ hic text⁹ ſignat aptũ bellũ Antixp̃i & ſuoꝝ. Angel⁹ uero hic: ut ibi cõiter dicũt expoſitores:ꝑdicatores uni uerſos q futuri ſunt tpe Antixp̃i ſignificat.

¶RESPONDEO dicẽdũ:ꝙ triplex ordo ꝑ dicatoꝝ iſurget ꝯtra Antixp̃m circa tpa illius.

¶Primus erit ꝯtra hereticos:quoꝝ maior in- feſtatio tẽpus Antichriſti ꝯcurret : ut inquit Beda ſup nono cap.apocalipſis : Nam iuxta expõnem ipſi⁹ Bedæ uicino tẽpore Antichri ſti in toto terrarum orbe ita diffuſæ erũt here ſes & ſectæ impietatis ut ſathanas uiſurus ſit apuiſſe puteũ abyſſi:cuius ardentis fornacis fumus erunt illæ hereſes: Et hi heretici hẽbũt regem Diabolũ:Angelum abiſſi:cui nomen Labaddon hebraice:Apollonion græce : ex terminãs latine :ipugnabuntq; imperiũ militã tis Eccľiæ armis ac potẽtia ſeculari. Ad tantã quoq; deueniẽt potẽtiã:ut Chriſti fideles i die bus illis q̃ſituri ſint mortẽ:& nõ inueniẽt. Cre diderim ego ſana ratiõe ſingulariter hereſim Maumethi his uerbis a.B.Ioãne ſignari:ac no uas hereſes quas i corde chriſtianorũ ſemina bit Diabolus ante tẽpus Antixp̃i. Fuit ãt here ſis illa Maumethanorũ maximus gladius Fi dei chriſtianæ inter oẽs quos uſq; adhuc ſuſti nuit.Ideo Ioãnes euãgeliſta unũ ueh ex trib⁹ q̃ uentura ſunt i imperio militãtis Eccľiæ uo cat illã dicens: Veh unũ abiit:& ecce ueniunt adhuc duo ueh poſt hæc. Tribus uero nomi nibus nominať:hebraice ſcilicet:græce:& la tine.qm̃ ſup hoies multos illarũ triũ linguarũ poteſtatẽ habebit:eorũ peccatis exigẽtibus.

¶CONTRA HAS hereſes nou⁹ ordo ꝑdi catorũ inſurget: q fidẽ tutabiť meritis:uerbo: ac ſana doctrina.Qui ordo ꝑdicatorũ ſignať per Angelũ q̃ntũ tuba canentẽ ut ait Beda. Recte uero Angeli ordinẽ ꝑdicatoꝝ ſignãt: qa eterna bona nobis nũciãt:& nobis mini- ſtrant ſicut Angeli Deo. Itẽ quia debẽt eſſe ſpũales & nõ carnales pſal.ciii. Qui facis An gelos tuos ſpũs.Itẽ qa debẽt eẽ ꝯtẽplatiõe cæleſtes.Math.xviii. Angeli eorũ ſemp uidẽt faciẽ patris mei qui i cælis eſt.Inter quos ex Ordine noſtro ꝑdicatorũ turba eſt inumera: q uſq; adhuc exẽplis accenſi .B. Dñici patris noſtri ſanguine decorati ſancti Petri marty- ris:atq; inſtructi catholicæ fidei doctrina San cti Doctoris Thomæ de Aqno ueritatẽ tueñt chriſtianã. Quibus etiã donec armat⁹ extite rit ordo ꝑdicatorius ſcutũ erit inexpugnabi- le Eccleſiæ contra hereſes.

¶SECVNDVS ORDO ꝑdicatoꝝ erit tpe Antichriſti:quãuis in paruo erũt numero tũc ꝑdicatores: ferueſcẽte principũ pſequutione aduerſus Chriſti fideles:uel ut nõnulli docto res dicũt:amore terrenorũ: ac multi ignorãtia ſacræ ſcripturæ:pp quã neſciẽt ꝯfutare expo ſitiones extortas ꝑdicatorũ Antichriſti . & ſic iplebiť illud Matth.xxiiii.Stellæ cadẽt de ce- lo:ideſt doctores decidẽt ab intellectu ac ſtu dio ſacræ ſcripturæ.

¶TERTIVS ordo ꝑdicatorũ erit eodẽ tpe Antixp̃i:de quo ordine dicunť q̃nq; Apoc.xi.

¶Primũ:ꝙ duo erũt de hoc ordine:Et dabo inq̄t:duob⁹ teſtib⁹ meis . Nomina eorũ loco ꝑadducto nõ ponunť:ſed Helyas unus erit: ut exp̃ſſe habeť Malachiæ ultimo . Ecce ego mittã uobis Heliã ut ꝯuertat corda patrũ i fi lios.Dicitur uero cõiter ꝙ alter erit Enoch: ex eo ꝙ trãſlatus ẽ Ge.v.& Enoch ambulauit cũ Deo & nõ cõparuit:qa tulit illũ Deus. Al q tñ dixerũt ꝙ Moyſes erit ille alter. qđ ꝯiciũt ex hoc:ꝙ Chriſtus apparuit tribus diſcipulis cũ Moyſe & Helia.Cõcordãt tñ doctores ſancti ꝙ ille ſit Enoch.Secudũ ẽ tẽpus ꝑdicationis eorũ:Et ꝓphetabũt inq̄t:diebus mille ducẽtis ſexaginta:ideſt toto tpe tyrãnidis Antixp̃i:qđ erit triũ ãnorũ:& dimidii fere. Tertiũ ẽ habit⁹ iſtius Ordinis:Nã amicti erunt ſaccis ideſt ui lib⁹ pãnis:Aymo.Quia pñiam quã ꝑdicabũt ore ẽt habitu oſtẽdẽt.Quartum ẽ pfectio atq; auctoritas ſanctorũ Enoch & Heliæ . hi ſunt inq̄t.B.Ioãnes euãgeliſta duæ oliuæ.Glo:ſpi- ritu uncti quãtũ ad donũ geminæ charitatis: ſcilicet Dei & ꝓximi q̃ p oleũ ſignať:qa ſicut oleum aliis liquorib⁹ ſupeminet: ita charitas aliis uirtutib⁹.Et duo cãdelabra Glo.dãtes lũ mẽ aliis.In ꝯſpectu dñi terræ ſtãtes.Glo.Qđ Deo placet attẽdẽtes.Et ſi qs uoluerit eis no- cere:ideſt a bono propoſito reuocare : Ignis exiet de ore ipſorum:ideſt ſciẽtia ſpũalis: q̃ dr̃ ignis pp ſui uirtutẽ.Et deuorabit inimicos eo rũ:ideſt ipotẽtes reddet ad reſiſtẽdũ.Hi habẽt poteſtatẽ claudere cælũ ne pluat dieb⁹ ꝓphe

tiæ illoꝝ.Expoſitio Alberti ad litterã:ne pluat
tpe ꝓphetiæ eoꝝ:ſcilicet p tres ãnos fere & di
midiũ.Hoc fuit figuratũ tertii.Regũ: ubi ad
ꝑces Heliæ clauſum ẽ cælũ ne daret pluuiã
tribus ãnis & ſex mẽſib⁹. Et poteſtatẽ habẽt
ſup aquas eas ꝯuertẽdi i ſanguinẽ.Ad litterã:
ſicut legiť factũ i Aegypto. Exo.vii.& ꝑcuteř
terrã omni plaga: ſicut Moyſes ꝑcuſſit Aegy
ptũ donec filios iſrael educeret de Aegypto.
Sed qa nõ legiť ꝙ iſti debeãt uti poteſtate iſta
tpe Antixp̃i:ideo nõ debet hic attendi ſenſus
litteralis:ſʒ ſpũalis.Hæc Albert⁹.Videať uero
ſenſus ſpũalis in gloſis.Quintũ & ultimũ:eſt
mors & reſurrectio Sãctorũ Enoch & Heliæ.
Et cũ finierint inqt.B.Ioãnes: teſtimoniũ ſuũ:
beſtia quæ aſcẽdit de abyſſo faciet aduerſus
eos bellũ: & uincet illos nõ uerbis ſuperãdo:
ſʒ interficiẽdo.Ideo ſubdiť:& occidet eos:&
corpora eorũ iacebunt in plateis ciuitatis ma
gnæ:q uocať ſpũaliter ſodoma & Aegypt⁹:
ubi & dñs eorũ crucifixus ẽ:& uidebũt de tri-
bubus & populis & linguis & gẽtib⁹ corpora
eorũ per tres dies & dimidiũ: & corpora eoꝝ
nõ ſinent poni in monumentis. Et inhabitã
tes terrã gaudebũt ſup illos:& iocũdabunť:&
munera mittẽt iuicẽ:qm̃ hi duo ꝓphetæ cru
ciauerũt eos q habitãt ſup terrã. Et poſt dies
tres & dimidiũ:ſpiritus uitæ a Deo intrauit i
eos:& ſteterũt ſup pedes ſuos:& timor magn⁹
cecidit ſup eos q uiderũt eos: Et audierũt uo
cẽ magnã de cælo dicentẽ eis: Aſcẽdite huc,
& aſcenderũt in cælũ in nube:& uiderũt illos
inimici eoꝝ.Hec,B.Ioãnes euangeliſta.

¶ OPINIO ETIAM aliquoꝝ ẽ:ut Ioãnis
Dñici & Theophyli: ꝙ Ioãnes euãgeliſta nõ
ſit adhuc mortu⁹: ſm̃ illud Ioãnis ultio.Sic
eũ uolo manere donec ueniã:ſed in paradiſũ
terreſtrẽ trãſlatus ueniet & ipſe ꝑdicatur⁹ ad
uerſus Antixp̃m.Huic opinioni quãuis aliq
ratio atq; auctoritas ipſiuſmet. B.Ioãnis poſi
ta añ ea q de Enoch & Helia dicta fuere ſuf
fragenť:nõ tñ cogunt.Quare iudicio pruden
tis lectoris iſta relinqm⁹.Et p hec patet reſpõ
ſio ad primũ & ad ſecundum.

¶ Ad tertiũ ergo dicẽdum ẽ:ꝙ nõ oẽs adora
bunt Antixp̃m: Ideo poſt illa uerba ſcribiť:
Quoꝝ nõ ſunt ſcripta nomina in libro uitæ
Agni q occiſus eſt ab origine mundi.

## ¶ Titulus ſextus de uictoria Imperii mi litantis Eccleſiæ contra Diabo lum & Antichriſtum: ac eorum ſequaces.

DEinde ꝯſiderandũ ẽ de uictoria ipe
